

## Liber

in quibus exercemur. ut ad eterna teoamur longum est enumerare: super naturam enim esse noscunt. Nam in spiritali exercitio debemus corpori frivultate. afflictione. labore. Et ista cordi puritate debemus. ut intentione. cogitatione. et opere. hanc circumspectionem habeamus ut et vita nostra sit fructuosa. et fama gloriosa: non quod fructificet sibi sed deo. non que glorificet se. sed premissum suum qui in celis est. Cum his quibus quod oderunt pacem esse pacificum. discamus portare omnes et a nemine velle portari. Confitemur etiam mortuis in spe congratulantes prohibenda: quia ipse est ut abstergat deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Sanctarum vero aliarum et angelorum. ardenter conspectum desiderare debemus. In omnium autem deum affectio tota dirigenda est. ut diligamus nos propter ipsum et suscipiamus que sit illa maiestas. que cuncta faciat cuncta contineat. et in que desiderant rationales creature prospicere. Iste sunt semite spiritualis exercitii. quibus religiosa mens et dilatatur et desatur: ad eterna bona se extendens. Propter eterna bona illa sunt. que nec oculis vidit. nec auribus audivit. et que nunquam exeunt ab illa patria que nescit nisi gaudium et iubilantem

### Ca. lxxvj. de triplici genere iustorum. In quibusdam dicitur

**E**t iustus qui in principio sermone accusator est sui. et est iustus qui ex fide vi-

vit: et est iustus qui absque terrore est. Et primus quidem bonus. quia accedit ad vitam: secundus melior. quia currit per viam. tertius optimus quia iam appropinquat ad finem vite

### Ca. lxxvii. de tribus que faciunt hominem sanctum. In quibusdam sententis

**Q**uia sunt que sanctum faciunt hominem: videtur sobrius. ad iustus: sensus pius. Videtur sobrius erit si continetur. si socialiter si obedienter. id est caste. caritative humiliter vixerim. Per continentiam enim castitas. per socialitatem charitas: per obedientiam humilitas adqueritur. Iustus iustus erit. si fuerit reclusus. discretus. fructuosus. Rectus per bonam intentionem: discretus per mensuram possibilitatis. fructuosus per utilitatem proximorum. Sensus pius erit si fides nostra deum sentit summe potentem. summe sapientem. summe bonum. ut per eius potentiam. nostram adiuvari credamus infirmitatem. per eius sapientiam nostram credamus corrigi ignorantiam. per eius bonitatem nostram credamus abluere iniquitatem

### Ca. lxxviii. de Triplici modo contemplationis. Super cantica sermone. xxij

**E**t locus apud deum de quo sua iura discernit. et disponit consilia. ipse universitatis gubernator. leges constituens omnium creature. potens et mensura. et mix-